

Georg Mejer   Joachim Rachel


## **Disputationum Physicarum Nona De Tempore**

Rostochii: Myliandrus, 1610

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736237>**

Druck   Freier  Zugang






57

R. U. phil. 1609. 10.

12 gyl.

35 1717





*Disputationum Physicarum*  
NONA  
DE  
TEMPORE.

*Quam*

Divina adspirante gratia

In Inclita Academia Rostochiensis

SUB PRÆSIDIO

M. GEORGII MEIERI


*Duderstadenſis Saxonis.*

Tuebitur


JOACHIMUS RACHELIUS

*Gultroviensis Megapolitanus.*

*Ad diem 16. Junij horis & loco consuetis.*



Rostochij Typis Myliandrinis Anno 1610.



CLARISSIMO ATQVE EX-  
CELLENTISSIMO VIRO,

Dn. D. MAURITIO HEINIO,  
Illustris. atq; celsis. Principis ac Domini,  
Dni. Caroli &c. Medico.

NEC NON

*Eruditione, virtute, ac generis nobilitate  
præstantibus viris,*

Dn. IOHANNI SANITZIO,  
Dn. IOHANNI CUNIO,  
Patricijs Gustraviensibus.

Amicis atq; fautoribus suis omni tempore  
maximi faciendis & officiosè  
colendis,

Has de tempore τῶν γυμνασίων φυσικῶν primitias, in  
perpetuum sui μνημόσυνον, amicitiae inveteratae  
σημείον, ac debitæ observantiæ πικύειον

*offert, dicat, consecrat*


*Joachimus Rachelius Gustr.  
Respondens.*



# DE TEMPORE.

## Theorema I.

Tempus in natura datur



*Ltera rerum naturalium, qua forinsecus accedit affectio, tempus est, quod rectè sequitur: motus enim tempus constituit, & vicissim à tempore definitur & determinatur.*

*II. Quanquam autem, ut communis experientia probat, tempus etiam occultissima tandem profert: attamen ipsum tanta obscuritatis & difficultatis est, ut non modo non constare videatur quid sit: verum etiam an sit, haud immeritò dubitetur. Esse vero tempus sic probatur: 1. Quia omnis motus fit in tempore: Si igitur motus conceditur, tempus negandum non est. 2. Quia sensus & experientia, tempus esse comprobant. Quis enim est tam stupidus, qui non se hoc aut illud, hoc vel illo die, hoc vel illo anno egisse, recordetur.*

*III. Sed tamen non desunt argumenta, tempus nihil esse confirmantia, quorum Philosophus meminit lib. 4. Phys. c. 10. Præcipuum hoc est: Partes temporis actu non existunt: præteritum enim abiit, futurum vero nondum est, τὸ μὲν γὰρ αὐτὸ γέγονε, καὶ οὐκ ἔστι τὸ ἵμελλον, καὶ οὐκ ἔστιν Arist. lib. 4. Phys. c. 10. t. 88. Si igitur partes temporis actu non sunt, neq; ipsum tempus actu erit: Cujus enim partes non existunt, neq; ipsum, cujus sunt partes, propriè existere dicitur.*



IV. Verum sciendum est, tempus in perpetuo fluxu suam habere existentiam: non enim omnia quae sunt, actu existunt: sed nonnullorum actus semper est cum potentia conjunctus: Hinc non absurdè dicitur, quia partes temporis in perpetuo sunt fieri, ut loquuntur: & tempus ipsum non actu, sed potestate existere. Quales enim est ratio partium, talis quoque est & ipsius totius.

### Theorema II.

#### Tempus non est Conversio caeli.

Quia 1. pars conversionis caeli tempus non esset: spatio enim unius hora totum caelum non convertitur, & tamen hora est tempus. Pars autem conversionis caeli non est conversio, siquidem conversionem appellamus, cum ab eodem ad idem fit reditus, καὶ τῆς περιφορᾶς καὶ τὸ μέγεθος, ἡ δὲ τῆς περιφορᾶς δὲ γὰρ ἔστι μέγεθος ὃδὲ περιφορᾶς τὸ ληφθέν, ἀλλ' ἔστι περιφορᾶ. Aristot. lib. 4. Phys. cap. 10. t. 93. 2. Tot essent tempora, quot sphaerae sive orbes, cum quilibet suam habeat conversionem, hoc autem falsum esse quilibet intelligit.

### Theorema III.

#### Tempus non est motus.

I. Rationes habet duas Philosophum, quibus probat tempus non esse motum sive mutationem 1. Quia motus in certo ac determinato aliquo fit loco: tempus vero ubique est idem, ἢ μὲν ἐν ἐπιπέδῳ μεταβολῇ καὶ κίνησι, ἐν αὐτῷ τῷ μεταβάλλοντι ἐστὶ μόνον, ἢ ἔστι ἀντόχη ὅν αὐτὸ τὸ κινεῖσθαι καὶ μεταβάλλον· ὁ δὲ χρόνος ὁμοίως καὶ πανταχῶς, καὶ παρὰ πᾶσιν: lib. 4. Phys. c. 10. t. 95. 2. Quia motus est vel celer, vel tardus: tempus vero aequabile semper

semper & uniforme, μεταβολή μὴ ἐστὶ πᾶσι γάτων καὶ βραδυτέ-  
ρα, καὶ ὅτι ὅτι ἐστὶ τὸ βραδύ καὶ ταχὺ χρόνος ὡρίσται f. 96.

II. *Quaquam vero tempus motus non est: absq; motu ta-  
men temporis noticia animo concipi nequit: Qui enim nullam  
omnino animo versant motionem, nullum quoq; temporis sensum  
habent, quod patet exemplo dormientium, qui non percipiunt tem-  
pus in quo dormiunt, sed τὸ νύκτ, in quo somnum capere incipiunt,  
cum eo, in quo iterum ἐ somno excitantur conjungunt, tempus pra-  
terisse ignorantes, ὡς περ ἐν εἰ μὴ ἦν ἔπειθ τὸ νύκτ, ἀλλὰ ταυτὸ καὶ  
ἐν, ὡς ἀντὶ χρόνον. οὕτως καὶ ἔπειθ λαμβάνει ἔπειθ ὄν, ἢ δοκεῖ  
εἶναι τὸ μεταξὺ χρόνον. εἰ δὲ τὸ μὴ οἶσθαι εἶναι χρόνον τίποτε συμ-  
βαίνει ἡμῖν, ὅταν μὴ οἰσώμεθα μηδεμίαν μεταβολήν, ἀλλ' ἐν εἰ καὶ  
ἀδιαφύκτω φαίνεται ἡ ψυχὴ μῦθον ὅταν δὲ αἰσθώμεθα, καὶ οἰ-  
σώμεθα, τότε φανερὸν γεγονέναι χρόνον. Arist. lib. 4. Phys. c. 11. t. 97.*  
Deinde dependet tempus à motu ea ratione, quia omnis motus  
est in magnitudine aliqua, quacum continua sit, & ipse quoq;  
motus erit continuus. Quandoquidem vero omne continuum  
dividuum est in partes, quarum una prior, altera posterior dici-  
tur, etiam in motu qui supra hujuscemodi magnitudine perficitur,  
unum necessariò alterum consequetur: atq; talis successio prioris  
& posterioris in motu, ipsius temporis naturam constituit, nisi enim  
hanc partitionem motus in prius & posterius animadverterimus,  
nullam tempus intercessisse putamus. Lege textum 98. 99. & 100.  
cap. 11. lib. 4.

#### Theorema IV.

Tempus non est duratio.

Definit Ramus tempus rerum durationem prateritam, pra-  
sentem & futuram lib. 1. Dial. cap. 11. sed laborat hac definitio  
1. Quia tempus totum est in potentia: Est enim in perpetuo fieri  
sive fluxu, ut loquuntur Philosophi: Duratio verò est actu,  
Defi-

A 2

Definitur enim permanſio Entis in actu exiſtendi, à Timptero lib. 1. Metaph. cap. 5. Quod autem  $\delta\omega\nu\acute{\alpha}\mu\epsilon\iota$  eſt, non debet defini per id, quod eſt  $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\upsilon\acute{\alpha}\alpha$ . 2. Temporis natura, tota cōſiſtit in motu: abſq; motu enim tempus ne conſiderari quidem poteſt, ut in theor. præcedenti demonſtratum fuit: ideoq; tempus extra motum, minime definiendum. Ut ſicco jam quod dicitur pede prætereamus illud quod in definitione ponitur, præſentem videlicet etiam eſſe verum durationem, quod verum ſi eſſet, eſſet quoq; præſens pars temporis, hoc vero verum non eſſe, in ſequentibus demonſtrabimus.

### Theorema V.

Tempus eſt numerus motus, ſecundum prius & poſterius.

$\circ$   $\chi\epsilon\acute{\omicron}\nu$   $\epsilon\acute{\iota}\nu$   $\acute{\alpha}\epsilon\lambda\theta\upsilon\delta\acute{\omicron}\varsigma$   $\kappa\upsilon\upsilon\eta\theta\epsilon\omega\varsigma$   $\kappa\acute{\iota}$   $\tau\acute{\omicron}$   $\alpha\epsilon\acute{\omicron}\nu\epsilon\omicron\nu$   $\kappa\alpha\iota$   $\upsilon\sigma\epsilon\epsilon\omicron\nu$ , inquit Philoſophus lib. Phyſ. c. 11. t. 101. Numerus autem duplex eſt, numerans & numeratus. Numerans qui formaliter conſideratur eſt, quo numeramus: Numeratus qui materialiter, eſt qui numeratur, ille eſt quantitas diſjuncta: hic vero continua. Quia vero tempus quantitas eſt non diſjuncta, ſed continua, ſequitur quoq; idem non eſſe numerum numerantem, ſed numeratum.  $\chi\epsilon\acute{\omicron}\nu$   $\acute{\alpha}\epsilon\lambda\theta\upsilon\delta\acute{\omicron}\varsigma$   $\epsilon\acute{\iota}\nu$   $\epsilon\chi$   $\acute{\omega}$   $\acute{\alpha}\epsilon\lambda\theta\upsilon\delta\upsilon\mu\epsilon\lambda\upsilon$ ,  $\acute{\alpha}\lambda\lambda$   $\acute{\omicron}$   $\acute{\alpha}\epsilon\lambda\theta\upsilon\mu\acute{\epsilon}\mu\epsilon\lambda\upsilon$  Arist. lib. 4. Phyſ. c. 12. t. 110. Dicitur tempus numerus motus, quia omnem motum metitur, & nullus motus eſt, qui non tempore definiatur, quanquam etiam per accidens quietem metiri dicatur. Sed hic quaritur, quiſnam ille motus ſit, à quo tempus proficiſcatur? Tempus quia uniforme ſemper eſt, nec tardius nec celerius, ſequitur motum illum eſſe, qui notiſſimus, velociſſimus, maximeq; regularis exiſtit, aliorum motuum regula & meſura, primi videlicet mobilis. Omne autem tempus duobus quaſi terminis definitur, priore ſcilicet & poſteriore, ideoq; rectè dicitur tempus numerus motus, ſecundum prius & poſterius. Theo-

Theorema VI.

Partes temporis sunt prius & posterius :  
seu præteritum & futurum. Arist. lib. 4. Phys.  
C. 10. t. 89.

Τὸ νῦν enim sive præsens, pars temporis non est, sed vinculum  
sive nexus præteriti & futuri. Est namq. tempus continuum quod-  
dam & dividuum: Τὸ νῦν vero sive præsens individuum. Divi-  
duum enim si esset, pars præteriti temporis in futuro, & pars futu-  
ri in præterito esset, quod est absurdum, maxime cum non sint duo  
νῦν, sed unum & idem numero, quo præteritum tempus finitur,  
& futurum incipit, quamvis τὰ λόγῳ geminum statui possit, cum  
alia ejus sit definitio, quatenus terminat præteritum, & alia qua-  
tenus futurum inchoat. ἀνάγκη ὅ τὸ νῦν τὸ μὴ καθ' ἑπείγον, ἀλλὰ  
καθ' αὐτὸ καὶ πρὸς τὸν λεγόμενον, ἀδιαίρετον εἶναι, καὶ ἐν ἀπαντὶ τοῖς τὸν  
χρόνῳ ἐπιπέσειν. ἐστὶ γὰρ ἕνα τὸν πρὸς γεγονότων, & ἵππὶ τὰς ἐθὲν  
ἐστὶ τὸ μέλλον. καὶ πάλιν τὸ μέλλον, & ἵππὶ τὰς ἐθὲν ἐστὶ τὸ  
γεγονότων. ὁ δὲ ἕφαμμεν ἀμφοῖν εἶναι πέρασ. Arist. lib. 6. Phys.  
c. 3. t. 24. Jam vero ex eo quod est indivisibile, non potest com-  
poni divisibile: seu quod indivisibile est, non potest pars esse ejus,  
quod est divisibile, ἀδύνατον ἐξ ἀδιαίρετων εἶναι τι συνεχές. A-  
rist. lib. 6. Phys. c. 1. t. 1. 2. In omni tempore quicquam movetur:  
ἐν τῷ νῦν vero nihil movetur, si enim quicquam moveretur, move-  
retur vel tardius vel celerius, ἐν τῷ νῦν autem motus tardus vel  
celer locum non habet, quia est indivisibile: in indivisibili vero  
nihil celerius vel tardius moveri potest, ὅτι οἱ ἐθὲν ἐν τῷ νῦν κί-  
νῆται, ἐν τῷν ὅ φανερόν, ἐν γὰρ ἐστὶν, ἐνδέχεται καὶ ἴσῳ κινῆσθαι  
ἐν αὐτῷ καὶ βραδύτερον. Arist. lib. 6. Phys. c. 3. t. 29. Dependet ta-  
men tempus à τῷ νῦν, quemadmodum ab unitate numerus, &  
à puncto linea. Sed sicuti unitas non est numerus, sed principium  
numeri

numeri ; punctum non est linea , sed principium linea : sic ab ipso  
vū licet tempus dependet : tamen pars temporis non est.

### Theorema VII.

Par est temporis & magnitudinis ratio.

Quia ut parte temporis, pars aliqua magnitudinis conficitur:  
ita toto tempore, totam magnitudinem confici est manifestum. Et  
sicut finita magnitudine, tempus infinitum esse non potest: Sic  
contra, finito tempore, infinita magnitudo non potest pertransiri.  
Ut enim tempus continuum est: ita & magnitudo continua, δὴ τὸν  
δέ κ' ὅτι μέγ' αὐτῶν ἐστὶ συνεχές, τὰς αὐτὰς γὰρ κ' τὰς ἴσας δια-  
πέσεις ὁ χρόνος κ' τὸ μέγ' διαπέσται. Arist. lib. 6. Phys. c. 2.  
t. 17. Et cum eadem sit divisio temporis & magnitudinis, siquidem  
mediâ temporis parte, media magnitudinis pars conficitur: sequi-  
tur, si unum est infinitum, & alterum eodem modo esse infinitum.  
Ut si tempus extremis est infinitum: etiam magnitudo extremis  
infinita erit. Si tempus divisione est infinita: etiam magnitudo  
divisione infinita erit, ἢ ὁμογενῶν ἀπειρῶν, κ' ἰσῶν κ' ὡς ἰσῶν  
εἶναι, κ' ἰσῶν οἶον, ἐν μὲν τῶν ἐξάταις ἀπειρῶν ὁ χρόνος, κ' τὸ  
μῆκος τῶν ἐξάταις ἐστὶ τῆ διαπέσει, τῆ διαπέσει κ' τὸ μῆκος. t. 18.  
Cum autem duplex sit infinitum, ἐτερόγενῶν κ' ὁμογενῶν: hoc, non il-  
lud temporis & magnitudini competet, & sic tempus & magnitu-  
do ἐτερόγενῶν sunt finita, ὁμογενῶν vero infinita.

### Theorema VIII.

Tempus æternum non est.

I. Tempus æternum esse falsò putavit Aristoteles cum diver-  
sum partim sacra scriptura doceat: partim ipsa sana Philoso-  
phia

phia demonstret. Sacra namq; pagina docent, DEum totum hoc universum simul cum tempore condidisse, & ante conditum mundum non fuisse tempus, sed aternitatem: Sana Philosophia docet, non posse esse duo aterna: aeternum enim quod est, infinitum est. Nihil autem infinito potest esse aequale: aequalitas enim est certa ratio mensura: at infiniti mensura nulla. Duo infinita nequeunt esse, neq; in natura neq; extra naturam: Essent enim duo principia prima, Scalig. exerc. 359. sect. 3. Quia itaq; DEus aeternus & infinitus est, tempus aeternum esse nequit. Docet sana Philosophia, quod omnia, quae sunt in natura, non sint à se, sed ab alio, à DEo videlicet: quod à DEo dependeant. Quicquid autem est ab alio: quicquid dependet ab alio, illud aeternum non est. Hinc saniores etiam Philosophi, ut Plato & alij, DEum causam efficientem omnium, quae sunt in natura, agnoverunt.

II. Sed objicit: 1.  $\tau\omega$  vñ est temporis medietas, semperq; cum praterito futurum connectit, & est finis prateriti, initium vero futuri. Ergo quodcumq; positum vñ, tempus antecessit, & sequetur tempus, ideoq; aeternum. 2. Ens aliud est finitum; aliud infinitum & aeternum. Ergo tempus aliud est finitum; aliud infinitum & aeternum.

III. Sunt rationes, quae aliquid ponderis primo intuitu habere videntur, sed si accuratius expendantur, nihil habent. Prior enim admodum infirma est: Nam licet mens nostra initium temporis non inveniat: ob id tamen tempus initij expers non est, non enim opinio mentis nostrae veritatem parit, sed conditio reijpsius, cui mentem nostram oportet esse conformem. Praterea de  $\tau\omega$  vñ minus convenit: potest enim ipsum vñ absolute considerari, quod finis prateriti non sit, sed initium ejus quod sequitur. Si enim ad iudicium mentis confugiendum est, necessario tandem intellectus noster eò labitur, ut aliquod initium constituat, quandoquidem infinitum capere non possit. Ipsum igitur  $\tau\omega$  vñ mobili, siue materiae concreatum dicimus. Ut enim materia mundi in tempore

ex nihilo à DEo creata est, solo verbo absq; motu: ita tò vñ capiti  
 cum initium creationis Deus faceret, praterito neutiquam praece-  
 dente, futuro autem consequente. Posterior, fallacia laborat con-  
 sequentis. Non enim statim sequitur: Datur Ens infinitum &  
 aeternum, Ergo & tempus infinitum & aeternum, siquidem tempus  
 non est affectio Entis ut Entis, sed corporis naturalis, ideoq; etiam  
 de tempore non agitur in Metaphysicis, sed solum in Physicis. Et  
 certè Ens infinitum quod est DEus, tempori esse subiectum, planè  
 absolum esse videtur non tantum à communi loquendi consuetu-  
 dine, sed etiam natura ipsius DEi, qui ab aeterno fuit, & in a-  
 ternum erit, quod Philosophus etiam agnoscit, τὸ αἰὲν ὄντα, ἢ αἰὲν  
 ὄντα οὐκ ἔστιν ἐν χρόνῳ, & οὐδέποτε ἔστιν ἰσὺς τοῦ χρόνου & οὐδέ πο-  
 τεῖται τὸ εἶναι αὐτῶν ἰσὺς τοῦ χρόνου lib. 4. Phys. cap. 12. t. 117.  
 Praterca ratio hac semetipsam evertit: si enim DEus est Ens aeter-  
 num, non potest tempus aeternum esse, quod duo Entia simplici-  
 ter aeterna dari non possint, ut paulo superius ostensum fuit. Non  
 igitur aeternitas cum tempore confundenda: illa enim proprietas est  
 solius DEi, hoc vero rerum naturalium: illa neq; habet prin-  
 cipium, neq; finem, hoc principium habet, & finem habebit:  
 illa est immensurabilis, hoc mensurabile: illa omnem successio-  
 nem, omnemq; prioris & posterioris rationem excludit, hoc vero  
 includit, tempus enim definitur quod sit numerus motus secundum  
 prius & posterius.

### Theorema IX.

Tempus nihil agit.

Refutat Scaliger Cardanum, à tempore omnia generari & occi-  
 di asserentem, inquit: sententia hæc quantò est vulgo pro-  
 prior: tantò abest longius à subtilitate exerc. 352. Aristoteles  
 quidem cum Cardano sentire videtur lib. 4. Phys. c. 12. t. 117.  
 ubi par-

95. n. 10. 117.  
 Cap. 10. 117.

ubi partim actionem, partim corruptionis causam tempori adscri-  
 bit; actionem quidem, cum dicit: καὶ ἅπερ εἰώτα μὲν λέγειν, ὅτι  
 καὶ τῆκεῖ ὁ χρόνος, καὶ κηρέσκει πάνθ' ὑπὸ τῷ χρόνῳ: Corruptio-  
 nis causam cum dicit: φθορᾶς γὰρ αἰτία καὶ αὐτὸν μάλλον ὁ  
 χρόνος. Sed Philosophum ex vulgi loqui sententia, indicant  
 verba: καὶ ἅπερ εἰώτα μὲν λέγειν quemadmodum dicere con-  
 suevimus. Et vult si causa aliqua quicquam agendi tempori as-  
 scribatur, quod potius rem destruere, quam constituere dicatur, si-  
 quidem rerum corruptio à motu: motus vero à tempore. Quia  
 enim motu res corrumpuntur, etiam tempore corrumpi dicuntur,  
 sed tamen per accidens. Non igitur tempus proprie & per se  
 agit, sed in tempore omnia fiunt & corrumpuntur, ἐν τῷ χρόνῳ  
 πάντ' αἰνετὴ καὶ φθείρεται Arist. lib. 4. Phys. c. 13 t. 128. Et  
 paulò inferius: σημεῖον δὲ ἰκανόν, ὅτι γίνεται μὴ μὴδὲν ἄνευ τῶ  
 κινήσεως πῶς αὐτὸ ἐπράττειν, φθείρεται δὲ καὶ μὴδὲν κινήσεως, καὶ  
 ταύτῃ μάλιστα λέγειν εἰώτα μὲν ὑπὸ τῷ χρόνῳ φθορᾶν. ἔτι μὲν  
 ἄλλ' ἐδὲ ταύτῃ ὁ χρόνος ποιεῖ, ἀλλὰ συμβαίνει ἐν χρόνῳ γίνεσθαι  
 καὶ ταύτῃ τὴν μετέβολαν. Quod autem proprie & per se tempus  
 nihil agat, probatu est facillimum. Est enim quantitas: quan-  
 titatum autem per se nulla est efficacia, ut docemur in Lo-  
 gicis. Hinc rectè Scalig. cum tempus sit quantitas, nihil  
 agit, item: Vita nostra est actus animæ, in quem  
 nihil habet tempus aut juris, aut imperij,  
 loco supra allegato.



B 2

CO.



COROLLARIA.

I.

*An temporis consideratio pertineat ad  
Logicam? N.*

II.

*An tempus affectio sit Entis & non-En-  
tis, communis? N.*

III.

*An tempus sit Ens reale? A.*

IV.

*An DEus sit in tempore? N.*

V.

*An aternitas rectè dicatur tempus infi-  
nitum? N.*

VI.

*An aternitas sit mensurabilis? N.*


VII.


*An aternitas expers sit omnis successio-  
nis? A.*











306. sect. 20. in hac verba erumpens: Omne quod est, a primo principio, aut à primo principio. Unalia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia corruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; & natura: nunquam vero corrumpitur; nunquam immortalitate Deo ipsum donavit.

### Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem, concedere licet. Nam 1. Angelus tantum, & animalia existunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se existunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.


### Theorema III.

Angelus est spiritus, qui per se existit, non in corpore, sed semper extra corpus.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore existere, sed per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant hominibus. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi corpore existere. 359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora non sunt, & natura eorum non est, corporibus reformare, merito per se ab omni corporis unionem.

II. Sunt vero Angeli in duplici differentia: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione esset bonus, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur. Quicquid autem à Deo creatum est, bonum est.

A 3



the scale towards document

Image Engineering - Scan Reference Chart - TE263 - Serial No. C17

Patch Reference numbers on UTT